



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117824

§. 13. S. Benedicti Initia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

Tum prosequuntur Patres in hunc modum: *Ut sequamur exemplum S. Sedis & multarum Provinciarum tam in Oriente quam in Italia, ubi saepe & devotissime Kyrie eleison recitatur, illud in Nostris quoque Ecclesiis ad Matutinum, ad Missam & ad Vesperas dicatur. In omnibus Missis, etiam in Quadragesima & in Missis pro Defunctis, ter SANCTUS dicatur, sicut in Missis publicis. (*) In nostris Ecclesiis Nomen Papæ recitetur, & post Gloria Patri addatur: Sicut erat in Principio, quod Romæ etiam, in Africa, & in Italia, ad confundendos Hæreticos, dicentes, Filium Dei originem habuisse in tempore, additur. Id nempe dicebant Ariani, quorum maximus in illis Provinciis numerus erat.*

Sæculum VI.

A.C. 529.

c. 3.

c. 4.

c. 5.

§. XIII.

S. Benedicti initia.

Antiquissimum, quod nobis hodie superest, Breviarii Ecclesiastici exemplar in Occidente est Regula S. Benedicti

Ee 2

sub

(*) Eximium hoc est contra Protestantes de Antiquitate Missarum privatarum, quibus hic distincte Missæ publicæ opponuntur, & Missarum pro Defunctis Testimonium! quod ut Interpres Protestans suis Lectoribus subtraheret, illa verba: *& in Missis pro Defunctis*, reddidit: Und bey der Beerdigung soll man das Kyrie eleison singen. Egregie!

Sæculum VI. sub illud tempus scripta; quippe celeberrimi ejus Monasterii Montis Cassini Fundationem ad hunc annum 529. referunt.

S. Greg. II. Dial. c. I. S. Benedictus circa annum 480. in Nursia nobili genere natus est Patre Eutropio & Abundantia Matre. Litterarum addiscendarum causa Romam missus, cum

v. Itin. Ital. Mabill.

a pravis adolescentum contubernalium moribus abhorreret, clam aufugit, & Nutricis quoque, quæ alumnum secuta fuerat, decepta industria ad locum, qui Sublacus dicebatur, quadraginta milliaria Roma distitum venit, ibique in Specuvalde angusto se occulit. In hac solitudine S. Juvenis tres annos moratus est nemine conscio, nisi uno Monacho, cui Nomen Romanus. Is, cum sibi fugiens Benedictus occurrisset, percepto ejus proposito, habitum Monasticum ipsi dedit, omne auxilium contulit, & arcanum servavit. Romanus in Monasterio vicino sub Abbate Theodato degens, portionem panis sibi pie subtractam sæpe ad S. Benedicti latibulum deferebat. Ceterum nulla semita erat, quæ a Monasterio Theodati ad S. Benedicti specum duceret, sed sublimis montis vertex attol-
lebatur; quamobrem Romanus panem longo funi illigatum cum tintinnabulo,

Acta SS. Bened. tom. I. p. 81. quo moneretur Benedictus, demittebat. Posteriore tempore S. Romanus in Galliam profectus, prope Civitatem Antiffiodoren-

dorensem Monasterium rexit, ibidemque Sæculum VI.
A. C. 529.
fatis functus est.

S. Benedictus in antro suo latitans ne-
quidem quam diem transigeret sciebat.
Cum quadam die Presbyter in loco re-
moto habitans sibi ipsi cibum præpara-
set, Deus ipsi revelavit locum, in quo
Servus suus pene inedia emoriebatur.
Non sine magno labore invento indica-
vit, illo die Festum Paschale celebrari,
quo ipsum jejunare non oporteret, & ob-
sonium, quod attulerat, famelico præbuit.
Sub idem tempus Pastores in specu hæ-
rentem invenerunt, & quia pellibus te-
ctum inter fruticeta videbant, brutum
esse putarunt; postquam vero cognove-
runt esse Servum Dei, magna eum vene-
ratione sunt persecuti. Multi mitescere
cœperunt, ad frugem redierunt, Fidem-
que amplexi sunt. Exinde S. Benedictus
toti illi Regioni innotuit. Multi ad eum
invisebant, & alimenta afferebant, pro
quibus salutiferam ab ipso Doctrinam re-
ferebant. Quadam die, cum esset so-
lus, species mulieris, quam olim viderat,
tam vehementem in juvene concupiscen-
tiam excitavit, ut animo vacillaret, an
Deserto vellet valedicere; sed sibi reddi-
tus, vidensque, circa se magnam urtica-
rum spinarumque copiam rigescere, ab-
jectis vestibus in iis nudus procubuit, &
tandiu corpus volutavit, donec pluri-

S. Benedi-
ctus.

c. 2.

Ee 3

mis

Sæculum VI. mis vulneribus erumpens sanguis libidinem restinxisset. Ab illo tempore nulla unquam Benedictum turpis rei tentatio invasit.

c. 3. Tunc vero multi relicto Sæculo sub ejus Regimine vivere exoptarunt, quippe jam tum Fama viri Sancti increbuerat. Haud procul inde in loco, quem *Vicovarro* dicebant, inter Sublacum & urbem Tiburtinam posito, erat Monasterium. Abbate defuncto tota illa Congregatio ad Benedictum venit, instanter rogans, ut Monasterii Regimen in se susciperet. Diu hanc Spartam recusavit Benedictus, dicens, ipsorum vitæ rationem a genio suo abhorrere. Tandem precibus permoveri se passus est. Dum autem depravatos Monachorum illorum mores emendare nititur, & Regulæ eos subjicere, poenitentia subiit, quod ipsum vocassent, cumque malos habitus nollent corrigere, severum Patrem mortem tollere statuerunt, & vinum veneno dilutum propinaverunt. Mensæ accumbenti poculum vitreum pro more illius Monasterii benedicendum offerunt. Ipse manu protensa Signum Crucis format, & illico poculum, quamvis esset remotum, ac si illud coniecto lapide pulsasset, confractum est. Intellexit Vir Dei, quid rei subesset; itaque surgit, & convocatis Monachis tranquillo vultu dicit: *Deus vobis parcat,*
Fratres

Fratres mei! cur tantum malum mihi inferre volebatis? nonne prædixeram vobis, fieri non posse, ut inter nos conveniret? igitur quærite vobis Præpositum, qui ad vos regendum idoneus sit. His Benedictus ad dilectam suam Solitudinem rediit.

Diu ibi versantem virtutes eximiæ, & miracula edita celeberrimum reddiderunt. Quamobrem tantus confluit Discipulorum numerus, ut duodecim Monasteria ædificare potuerit; in singula duodecim Monachos sub uno Præposito distribuit. Eorum loca & nomina adhuc hodie indicantur. Paucos apud se Monachos retinuit, quibus ulteriore cura sua opus esse credebatur. Nobilissimi Romanorum filios suos Benedicto informandos tradebant. Ita Equitius Filium suum Maurum, & Tertullus Patri-
 cius Placidum puerulum Sancto viro educandos crediderunt. Quadam die Placidus egressus ad lacum, ut aquam hauriret, cum vas plus justo demisisset, trahente pondere & ipse in aquas lapsus, atque a terra ad teli jactum abvectus est. S. Benedictus in Monasterio existens illico pueri periculum cognovit, & compellato Mauro inquit: *Frater mi! curre cito! puer iste in aquas cecidit.* Maurus petita Benedictione cucurrit, usque ad locum ubi Placidus undis abripiebatur, &

Sæculum VI.
 A.C. 529.

c. 7.
 S. Benedictus.

Sæculum VI.
A.C. 529.

capillis apprehensum trahens strenue ad ripam regreditur. Ut terram attigit, respexit, & cognoscens, quod super aquas fuisset ingressus, obstupuit. Rem narrat S. Benedicto, qui hoc Miraculum ipsius obedientiæ præmium fuisse dixit; at S. Maurus illud Sancti Patris imperio tribuebat, contendens, ipsum non patrasse miraculum, quin sciret, quid faceret. Placidus amicam litem composuit dicens: *dum ex aquis extrabebam, supra caput meum videbam Melotam Abbatis, & ipsum Abbatem, me juvantem.* (*) Melota erat pellis

(*) Eine Theologische Anmerkung unsers Lutheraners in ihrem vollem Inhalt: Diese Entscheidung war sehr schlecht, und der Ehrwürdige Benedictus hätte seinen Lehrling billig eines andern unterweisen, und zu ihm sagen sollen, daß er diese Errettung der Vorsehung Gottes zu danken habe. Aber es rührt diese Erzählung von einem solchen her, der abergläubig genug war, dem Schaffell, das Benedictus in aller Unschuld getragen, eine wunderthätige Kraft zuzueignen. Und der Absicht zufolge konnte freylich die Entscheidung des Placidus nicht anders ausfallen. Dieser niederträchtige Heuchler will hier den Heil. Benedictus und Placidus beschuldigen, als wenn sie nach dieser Errettung alles ihren Verdiensten und nichts Gott dem Herrn zugeschrieben hätten. Wir Katholicken wissen wohl, daß weder ein Mensch, noch ein Schaffell

pellis ovina, qua Monachi humeros circumdabant. Placidus vero tunc temporis tam tenera erat ætate, ut necdum habitum aut Tonsuram Monasticam gereret.

Sæculum VI.
A.C. 529.

Sup. XX.
S. 8.

Paulo post S. Benedictus, ut Presbyteri cujusdam, cui nomen Florentius, invidiæ cederet, omnia sua Monasteria illis Præpositis, quos ipse dederat, gubernanda relinquens cum paucis Monachis discessit. Dum de loco in locum migrat, venit Cassinum parvam Civitatem Re-

v. 8.

v. Itin. Ital.
Mabill.

E e 5

gionis

fell Mirackel wirke, sondern Gott der Herr. Wir wissen aber auch aus der Heil Schrift, daß Gott in Ansehung einiger frommen und ihm gefälligen Personen solche wirke. Denn warum hätte sonst der Schatten Petri und nicht eines andern Juden die Kranken geheilet? Act. 5. 15. Gott hat durch das Schweiftuch Pauli Teufel ausgetrieben, und die Leute von Krankheiten befreiet. Act. 19. 12. Warum hätte Gott nicht durch das Schaffell Benedicti auch Wunder wirken können? Und wenn dieses der junge Placidus geglaubet, warum soll es ein Aberglaube gewesen seyn? Dieser Uebersetzer soll erst zu einem Katholischen Dorfschulmeister in die Schule gehen, und lernen, was Aberglaube sey, und wenn dieser mit ihm zufrieden seyn wird, so kann er wieder kommen und fragen, ob er im Stande sey, vom Aberglauben in einem gesunden und Theologischen Verstande zu schreiben. Andere Fehler in dieser Version kann man nicht zählen.

Sæculum VI. A.C. 529. gionis Samnitium in præalti montis declivitate extructam. Ibi vetustissimum Apollinis templum visebatur, quod Numen ruricolæ adhucdum adorabant. Circum erant nemora Idolo sacra, in quibus Sacrificia offerebant. Postquam illo pervenit S. Benedictus, Idolum comminuit, Aram evertit, lucos succidit, & in templo ipsius Apollinis Oratorium S. Martini, itemque aliud S. Joannis in loco ubi Idolorum Altare steterat, extruxit; porro prædicatione continua illius Regionis populum ad Fidem perduxit. Ibi postea permansit, ædificato Monasterio, quod totius Ordinis sui fuit celeberrimum, & anno 529. fundatum creditur.

§. XIV.

Regula S. Benedicti. Officium Divinum.

Reg. S. B. Sanctus Benedictus sub illud tempus absolvisse creditur Regulam suam postea ab omnibus Monachis in Occidente receptam. In Exordio quatuor genera Monachorum enumerat; Cœnobitarum, qui in Congregatione sub Abbate vivunt, Anachoretarum seu Eremitarum, qui postquam in Congregatione longo tempore fuissent exercitati, recedebant, ut in Solitudine ad altiorem Perfectionis gradum eluctarentur. Alia duo Monachorum genera

*ε. 1.
v. Cass. coll.
18. Sup. l.
XX. §. 5.*